Data II. idus iulii[c]) anno dominicȩ incarnationis dccccLXXVIII., indictione VI., anno regni domni Ottonis XVIII., imperii autem XI.; actum Thrutmanniu; feliciter in dei nomine[d]) amen.

27.

Kaiser Otto II. verleiht dem Nonnenkloster zu Quedlinburg einen Theil der Güter der Wittwe Adalwit zu Otleben in der Grafschaft des Grafen Rikdag. **Quedlinburg, 979 Okt. 27.**

Hdschr.: Or. Perg. Geh. Staatsarchiv Berlin.
Gedr.: Höfer, Zeitschrift für Archivkunde 1,516. Stumpf 546.
Anm.: Vergl. Einl. 16 Anm. 53. S. A. 27 Anm. 53. In dorso: de bonis in otteleva *(Saec. XII.).*

(C.) ⁝In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto divina gratia imperator augustus. Noverit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam(per⁝ tempora)succedentium industria, rogatu[a]) immo, ut ita dicamus, iussu matris nostrae ⁝Mahthildae⁝ semper augustȩ, ad cuius velle refragari nequaquam dignum duximus, viduȩ cuiusdam Suuitgeri Adaluuit nomine[b]) in partibus Sclavoniȩ nos dedisse in beneficium, quicquid prememoratus eiusdem maritus nostro dono, dum vixit, visus est possidere — — Non post multum vero temporis — — Adalheidam imperatricem — — supplicatura congressa est — — Quarum petitione, ut dignum erat, cessimus per earum preces — — partem eiusdem beneficii tradidimus sanctimonialibus Quitilingaburgensis cȩnobii, quam dicunt sclavonice Otlivva, cum tota marca eiusdem villȩ — — Insuper etiam, et si quis in eadem marca in comitatu Rigtagi comitis sita[c]) vi aliquid rapuisse convincitur, potestative in usum iam dictarum sanctimonialium raptorem privari rapina donamus — —

⁝Signum domni Ottonis (M.) magni imperatoris.⁝

⁝Liutolfus cancellarius ad vicem Willehelmi archicappellani scripsi.⁝ (SR.) (SJ.)[d])

Data VI. kal. nov.[e]) anno dominicȩ incarnationis DCCCCLXXVIIII., indictione XI., anno imperatoris Ottonis imperii II.; actum Quitilingburg fȩliciter amen.

28.

Kaiser Otto II. schenkt dem Kloster Memleben einige Orte und Burgen in den slavischen Gauen Daleminzi und Nikiki, in der Grafschaft des Grafen Ditmar. **Wallhausen, 981 Juli 21.**

Hdschr.: Cop. Hersfeldense fol. 38 Staatsarchiv Marburg. Or. fehlt in Marburg.
Gedr.: Wenck Hessische Landesgesch. Urkundenbuch 2,35. Stumpf 799.
Anm.: Vergl. Einl. 12 Anm. 36, 191 Anm. 154. S. A. 19 Anm. 36, 355 Anm. 154. Am Rande des Kopials (saec. XII.) steht die Notiz von derselben (?) Hand (kleiner geschrieben): Predium Hersveldensis ȩcclesiȩ incipit a loco, ubi maior Striguz fluvius oritur et tenditur secundum cursum illius amnis in Mulda fluvium et per decursum Muldȩ usque Scapha et Scapham sursum usque ad antiquam semitam Boemorum, que secernit proprietatem Kemniz et Hersveldensem et per semitam illam usque Pachowe, Pachowe sursum usque Nidperc, quod Wernherus edificaverat, et ab amne, qui preterfluit[a]) Nidperk usque in amnem Striguz. Adhuc pertinet ad proprietatem illam mons Lubine cum XIIII. villis.

26. *c)* IDUS IULii. *d)* nomne.

27. *a)* succedentium rogatu. [industria] *b)* .N. *c)* ui. rapuisse. [aliquid] *d) Foltz, Otto I. 1. Vergl. Neues Archiv 3,30 Anm. 1.* *e)* kł NOV̄. *f)* Quitiling.

28. *a)* p̄terfluit.